

A. Übersetzung

Talia dicentem iamdudum aversa tuetur
huc illuc volvens oculos totumque pererrat
luminibus tacitis et sic accensa profatur:
'nec tibi diva parens generis nec Dardanus auctor,
5 perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.
nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reseruo?
num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
num lacrimas victus dedit aut miseratus amantem est?
10 quae quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno
nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
nusquam tuta fides. eiectum litore, egentem
excepi et regni demens in parte locavi.
amissam classem, socios a morte reduxi
15 (heu furiis incensa feror!): nunc augur Apollo,
nunc Lyciae sortes, nunc et Ioue missus ab ipso
interpres divum fert horrida iussa per auras.
scilicet is superis labor est, ea cura quietos
sollicitat. neque te teneo neque dicta refello:
20 i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis et nomine Dido
saepe uocaturum. sequar atris ignibus absens
et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
25 omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas.
audiam et haec Manis veniet mihi fama sub imos.'
his medium dictis sermonem abrumpit et auras
aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert,
linquens multa metu cunctantem et multa parantem

30 dicere. suscipiunt famulae conlapsaque membra
 marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.
 At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
 solando cupit et dictis auertere curas,
 multa gemens magnoque animum labefactus amore
35 iussa tamen divum exsequitur classemque revisit.
 tum vero Teucri incumbunt et litore celsas
 deducunt toto navis. natat uncta carina,
 frondentisque ferunt remos et robora siluis
 infabricata fugae studio
40 migrantis cernas totaque ex urbe ruentis

B. Aufgabenteil

I. Fragen zum Text

1. Aus welchem Werk stammt der Text? Wie heißt der Autor?
2. Nennen Sie die Lebensdaten des Autors!
3. Nennen Sie weitere Werke des Autors!
4. Wer ist Antenor (Vers 20)?
5. Was ist mit *unius ob iram* (Vers 29) gemeint?
6. Welches Stilmittel liegt bei *Cytherea* vor (Vers 35)?
7. Skandieren Sie Vers 34!

II. Allgemeine Aufgaben

1. Ordnen Sie die folgenden Geburtsorte lateinischen Autoren zu!
Patavium – Sarsina – Mantua – Rudiae
2. Nennen Sie drei römische Vertreter des kaiserzeitlichen Epos!
3. Nennen Sie drei literarische Werke des C. Iulius Caesar!
4. Nennen Sie die Titel von drei Komödien des Terenz!
5. Wer ist Galatea?
6. Wer ist Euander?
7. Was ist eine Anadiplosis? Geben Sie ein lateinisches Beispiel!
8. Was ist eine Epipher? Geben Sie ein lateinisches Beispiel!
9. Wann fand der Zweite Punische Krieg statt?
10. Was geschieht im Jahre 49 v. Chr.?
11. Beantworten Sie eine der folgenden Fragen!

- a) Nennen Sie drei Werke des Aischylos!
- b) Nennen Sie drei Werke des Plato!
- c) Nennen Sie drei Werke des Xenophon!